Sapientissime Pater et Dñe Col.me

Nimia me mactas Benivolentia atq. favoribus me obruis profusissimis, Eruditorum Coryphee, mi Venerabiliss. Pr, dum mea scripta sic excipis, effers, tanquam sublimi feriant sidera vertice. Quas enim mihi tribuis laudes omnino tuæ sunt, quippe quæ im=mensam Ingenij tui redolent vastitatem; Nebulosa siquidē ingenij mei scintilla si coelicum tamen ego quoquo pacto promerear contubernium, quid inter Apollineas Lampadas fulgoris emittere audebit? Sed nec defuit invidiæ nubis huic vel minimo luminis vestigio quod oblitterare prorsus contendit, dum alienæ obligationis receptum indignè solvere ~~ausa est~~. fidelis et operosus meus labor imperitiores diutinas inter lucubrationes versatus Dendrologicum opus ipse solus dis=posuit exornavit; idemq. stylum parumper exacuens in=conveniens censuit reconditas speculationes admirandasq. praxes vulgari dimissioriq. modo exarari. Hinc studiosorum sudorum ope doctae Radices Arborum varios curiositate obs=tetricante conceptus edidere, qui extranei nullatenus dic...

patiuntur

patiuntur. Eadem hic coluntur atque conspiciuntur, ut mitis serij-
tionis conciliaretur nitor, absitque sordis et fuliginosa rus-
ticitas aeris infensa serenitati; sentit huiusque autem ex
festinatione non ut labori parceretur, sed ne suspiciosa
obesset ad properatio. Nunc igitur quia meo reddita est
libertas calamo Authoritati tuae quam summè veneror
et Illustrissimae Nobilitatis virtutisque praestantiae viris ubi sunt
DD. Co: Marsilianus, Barilenus, Corvinus, Magninus, subli-
mia inter sapientiae naturalis Urbis Urbium Dominae capita
obtemperabo; Primi libri primitias saltem quantocyus
iuris publici faciam, quas tuae Protectioni validissimae
plurimum commendatas esse velim. Vale Praesidium
et decus meum. Bononiae scripsi ad Julij Kalendas
Anni MDCLXV.

Praeclarissimae Admodumque Rev.dae D. V.

Devinctiss. et obligatiss. Ser.
Ovidius Montalbanus

Adm. Rev.do P. Athan. Kircher Romam

Praeclariss.° et Sapientiss.° P.ri
et D.no omnisciaq. Colend.°
P.ri Athanasio Kirchero Soc. Jesu

Romam

Montalb.